



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Cardinalis Augustani de Canisio nobile testimonium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

carnifice, vt esset Iscariothæ Iudæ confors in pœna, qui fuerat æmulator in scelere.

Duodecimo Kalendas Nouembris Vrsulæ sanctæ consecrato die, initium factum est Dilingani Collegij ipso præsentente Canisio, qui & præclara Oratione de sancti Hieronymi laudibus, cui sacra Academia est, exornauit initia. Aderat etiam Hieronymus Natalis Prouinciæ Germaniæ hoc tempore Visitator. Anno in sequenti ipsa in Societatem Academia tota Dilingana translata est. Tradidit, qui fundauerat Cardinalis Otho, Præsul Augustanus: qui in tabulis, quas postea confecit de ea re, commotum se plurimum ad id consilij capiendum profitetur diuturna cognitione, consuetudine, & experientia, quam cum Claudio Iasio docto, atque nunquam satis laudato viro habuit; nec non (ita ad verbum loquitur) cum eximie pietatis, ac doctrinæ viro Doctore Petro Canisio, qui in Ciuitate, & diœcesi mea Augustana incredibilem fructum in conuertendis Hæreticis, & stabiliendis Catholicis, & aliis nunquam satis admirandis, & probandis operibus continuè, indefesse, & laudabiliter longo tempore peregit. Ceterum Visitator Natalis sub felicibus Canisij auspici-

*Dilingana Academia Societati traditur.*

*Cardinalis Augustani de Canisio nobile testimonium.*



*Diuiditur pro-  
vincia in duas.*

*Canisius VVi.  
senhornium  
excolit.*

auspiciis, maximeq; manu eius & opera eo iã vi-  
dens excreuisse provincię molē, vt curã vel sui pa-  
rentis iã nimiũ fatigaret, simul vt Canisio, qui au-  
tor huius cõsilij fuit, tantoperè in animarũ studio  
occupato laborum partem detraheret, ex vna ge-  
minam fecit: & alteram, quę Collegia continebat  
tria, Pragenſe in Boëmia, Tyrnauienſe in Hunga-  
ria, Viennense in Austria, vnde & ipsi Prouincia  
Austria nomen factum, Nicolao Lanoio deman-  
dauit: alteram Germaniæ superioris nomine In-  
golstadianum Collegium, & Monachienſe, tum  
OEnipontanum, ac Dilinganum complexam  
Canisio reliquit. Qui rebus Dilingæ constitutus  
VVisenhornium excurrit dominorum rogatus  
(Georgij Fuggeri, & Vrsulæ oppidũ erat.) Et quo-  
niam longas eo loci moras alię curæ non dabant  
posteaquam aliquot homiliis communiter op-  
pidanos excoluit, rem velut in compẽdium ma-  
surus per Vrsulam ipsum adduxit Parochum, vnde  
Augustam profectus ad normam se beati Ignati  
exerceret: quem Canisius ipse, & Elderenus accu-  
ratione ea percoluerunt, tanquam in vno cum  
etum populum erudirent. Quamquam & alio  
Vrsula deinceps, ac porro alios ad eandem exerci-  
tatio